

tes in Monasterio prædicti S. Joannis peregrint, ad ejuimodi Assistentis Generalis, & Procuratoris Generalis officia, excluso quocumque alio, qui inibi Regentis munus non exercuisset, dicta auctoritate tenore præsentium habitamus, ac habiles & capaces facimus & declaramus.

Præsentium Literarum observantia.

§. 3. Decernentes, easdem præsentibus literas semper firmas validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat & pro tempore quocumque ipectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quocumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantium derogatio.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac prædictis Clementis & Pauli Prædecessorum literis, aliisque Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon eorumdem Ordinis & Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore mansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 4. Julii 1733. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Card. Oliverius.

C.

Dat. die 23. Julii 1733. Pont. An. IV.

Confirmatur Decretum Sac. Congregationis de Propaganda Fide, quo Conventus in Provincia Sancti Francisci de Pacheca in Mexico Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci Discalceatorum deputatur pro Seminario Missionum in Montibus de Cimapan.

Benedictus XIII. anno 1727. Constit. dat. die 3. Aprilis confirmavit Decretum Congregationis Episcoporum & Regularium super Expositione Seminarium, de quo hic agitur.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Emanavit nuper a Congreg. Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis Propagandæ Fidei præposita, ad supplicationem dilectorum filiorum,

Definitorum Provinciae Sancti Didaci in Mexico Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, Discalceatorum nuncupatorum, Decretum tenoris, qui sequitur videlicet.

Tenore Decreti S. C. de Propaganda Fide.

Decretum Sacre Congregationis Generalis de Propaganda Fide, habita die 6. Julii 1733. referente Eminentissimo & Reverendissimo Domino Cardinale Nicolao Spinola, libellum supplicem porrectum pro parte Definitorii Provinciae Fratrum Minorum Discalceatorum Sancti Didaci in Mexico, supplicantis, ut Collegium seu Seminarium Missionum erectum vigore facultatis sibi concessæ per Breve Apostolicum San. mem. Benedicti XIII. sub datum die 3. Aprilis 1727, & cum contentis Ordinarii in Conventu ejusdem Provinciae Sancti Francisci de Pacheca deputetur pro conversione Infidelium, signanter existentium in Montibus de Cimapan, locisque conterminis, in quibus usque adhuc nulla alia Missio fundata reperitur, cum potestate Sacras Missiones in prædictis Montibus erigendi ab eodem Collegio dependentes; utque omnibus ipsius Provinciae Sancti Didaci Fratribus districte prohibeatur transitus, nedum ad alias Provincias & Collegia Missionum regularis observantia, verum etiam ad Missiones Provinciae Discalceatorum Sancti Gregorii in Insulis Philippinis, absque peculiari & expressa hujus Sacre Congregationis licentia. Eminentissimi Patres audito super expositis Patre Procuratore Generali Discalceatorum & Recollectorum, in utroque benigne annuerunt, mandantque, ut Religiosi ad Missionarium munera in prædictis locis obeunda destinati pro necessariis facultatibus Dominum Archiepiscopum Mexicanum Ordinarium adire teneantur. Datum Romæ die & anno, quibus supra.

V. Card. Petra Præfectus. F. M. Riccardi Pro-Secretarius. Loco & Sigilli.

§. 2. Cum autem, sicut pro parte eorumdem Definitorum Nobis subinde expositum fuit, ipsi, Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiti, plurimum desiderant; Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum præsentium, dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus, eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus; illique Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: talva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Apostol. reprobatur confirmatione.

Clausula.

§. 3. Decernentes, easdem præsentibus literas firmas validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat & pro

pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quocumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Provinciae & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore mansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Julii 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

CI.

Dat. die 24. Julii 1733. Pont. An. IV.

Decretum, ut deinceps Procurator Generalis pro tempore Congregationis Montis Oliveti insimul Abbas sit Monasterii Sanctæ Mariæ Novæ de Urbe.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Petitionibus innixis Congregationibus.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Procurator Generalis Congregationis Montis Oliveti Monachorum Ordinis Sancti Benedicti, quod mos est ipsius Congregationis, ut illius Procurator Generalis, expleto suo officio, Abbatiam Monasterii Sanctæ Mariæ Novæ nuncupat. de Urbe dictæ Congregationis obtineat sed plurimorum annorum experientia detexit varia incommoda, quæ ex divisione in duas personas officiorum Procuratoris Generalis, & Abbatis Monasterii hujusmodi proveniunt, imprimis verò si isti duo Superiores invicem haud convenient, prout sæpius accidit, religiosam pacem ac tranquillitatem inter Monachos præfatæ Congregationis non parum perturbant: didumque Monasterium, tamen annuis redditibus minime satis instructum, duplici dispendio pro eorum sustentatione onerari, quum ipsius Monasterii, illiusque necessitatibus, ac præfatæ Congregationis negotiis per unum ex dictis duobus Superioribus sufficienter provideri valeret, quemadmodum laudabiliter servari memoratur, tam in Conventu Sanctæ Mariæ de Pace Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini

Congregationis Lateranen., quam in Monasterio Sanctæ Crucis in Hierusalem, etiam respectivè nuncupatis de eadem Urbe Monachorum Ordinis Cisterciensis Congregationis Lombardiæ, ac servatum quoque fuit in ipsamet Congregatione Montis Oliveti anno 1693. quo tunc in humanis agens Abbas Joannes Franciscus Foflati Mediolanensis utroque munere Procuratoris Generalis, & Abbatis prædicti Monasterii Sanctæ Mariæ Novæ functus fuit; quibus accedit, quod parcendo sumptibus ejusdem Monasterii, melius constabiliri in eo posset Collegium Studioforum, ab universa Congregatione Montis Oliveti summo opere exoptatum, quorum vix quatuor nunc alere potest, idque eo seriùs considerandum venit, quod literarum studia Regularibus Institutis non solum splendore & ornamento, verum etiam ad eorum conservationem necessaria esse noscuntur; ea autem adhibita ratione, Juvenes Religiosi majori numero in idem Monasterium collocari, ibique educari valerent, qui, peracto in aliis dictæ Congregationis Montis Oliveti Monasteriis studiorum cursu, uberores in eisdem literis progressus pollicerentur: quique doctrina ac virtutibus super bonis Magistris ac Præceptoribus in eodem Monasterio apprime instructi magno usui & utilitati forent toti Congregationi prædictæ ad exercendam Curam Animarum, excipiendas Fidelium Confessiones, regendas Cathedras, & administranda gubernia, utpote munera, quæ viros scientia ac virtute præditos exposcant; Quibus omnibus per memoratum Procuratorem Generalem debite perpensis, ipse communis boni suæ Congregationis intuitu Abbatiam prædicti Monasterii Sanctæ Mariæ Novæ, post finitum officium Procuratoris Generalis, quo ad præsens fungitur, sibi obventura lubenti animo careret, juriq; sibi ad illam competentem cederet favore sui in Procuracione generali dictæ Congregationis successoris, si statueretur, ut imposterum utrumque officium Abbatis & Procuratoris Generalis istiusmodi in una eademque persona unitum ac consolidatum remaneret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, quatenus in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsius moderni Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auditis jussu nostro super præmissis dilecti quoque filii Abbatis Generalis ejusdem Congregationis Montis Oliveti relatione ac voto, Abbatiam & regimen dicti Monasterii Sanctæ Mariæ Novæ Procuracioni generali ipsius Congregationis Montis Oliveti ex tunc, postquam modernus Abbas Monasterii præfati tempus sui regimini expleverit,

Concessio.

X x 2 itaut

itaque deinceps Procurator generalis pro tempore existens eisdem Congregationis, insimul Abbas praedicti Monasterii sit, ac esse debeat, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo unimus & anneximus, ac unita & annexa fore & esse statuimus & declaramus.

Clausula.

§.3. Decernentes, easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suoque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ipsique Procuratori Generali in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, inviolabiliter respectively observari; sicque in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, primordiorum Congregationis, Ordinis, & Monasterii, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam. Majorem sub Annulo Piscatoris die 24. Julii 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

CII.

De die 18. Julii 1733. Pont. An. IV. Vicariis Congregationum Ordinis Praedicatorum, ac duobus aliis Fratribus, nempe Definitori, & Socio seu Electori nuncupatis, in Capitulis Generalibus suffragium conceditur.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Injunctione Nobis coelitus Apostolica servitutis ratio postulat, ut Religiosas Congregationes, sub suavi arctioris disciplinae iugo in Ecclesia Dei militantes, suaveque bonorum operum fructus, aspirante superni favoris aura, proferre jugiter satagentes, in laudabilibus earum institutis conservare, illarumque felici & prospero regimini, atque incrementis, quantum Nobis ex alto conceditur, prospicere studeamus.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, nonnullae Congregationes Ordinis Fratrum Praedicatorum, quas observantes appellant, tam citra quam ultra Montes Apostolica auctoritate institutae reperiantur, quarum aliquae sufficientem numerum Conventuum ac Religiosorum habent, ut juxta morem usumve antehac in dicto Ordine servatum, in Provincias ejusdem Ordinis erigi possint; Verum si in Provincias hujusmodi erigerentur, formam gubernii ipsarum Congregationum non sine regularis disciplinae in eis vigentis detrimento immutari oporteret; adeoque, sicuti fel. record. Innocentius Papa XII. Praedecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis die XIV. Junii MDCXCV. expeditas literas statuit, quod Vicarii pro tempore existentes duarum ex istiusmodi Congregationibus, Sanctae Sabinae, & Sancti Marci respectively nuncupatarum, ab ipso Innocentio Praedecessore erectarum, eandem profusum jurisdictionem & auctoritatem haberent in Conventus & Fratres suae Congregationis, quam juxta Apostolicas, & Ordinis praefati Constitutiones Priores Provinciales habent in suis Provinciis: ita longe opportunius salubriusque foret decernere, ut in posterum, absque immutatione status supra dictarum Congregationum, Vicarii earum, quae competentem numerum Conventuum & Fratrum habuerint, cum duobus aliis Religiosis, Definitori scilicet, & Socio seu Electore, Capitulis Generalibus ejusdem Ordinis interesse valeant, ad instar Priorum Provincialium, dicti Ordinis, & perinde ac si praefatae Congregationes in Provincias erectae essent: Cum enim ipsae Congregationes & Provinciae unicum Corpus & Ordinem constituant, & ab uno eodemque Capite & Magistro Generali regantur, congruum omnino videtur, quod quemadmodum Priores Provinciales Electioni Superioris Generalis assistunt, sic quoque, ad illam concurrant & admittantur Vicarii Congregationum praedictarum; praesertim, quia istae magis, quam Provinciae praefatae, pendent ab ipso Magistro Generali, utpote a quo Vicarii immediate deputantur; Priores vero Provinciales a Prioribus Conventuum uniuscujusque Provinciae eliguntur, tum etiam quia in dictis Capitulis Generalibus non minus Statuta generalia, universum Ordinem concernentia, quam particulares ordinationes pro singulis Provinciis & Congregationibus ejusdem Ordinis passim conduntur; Unde si Prioribus Provincialibus licet suarum Provinciarum rationes in illis exponere, Vicariis quoque praetatis permittendum venit, ut suarum Congregationum necessitates illuc deferre valeant; Idque apprime respondet menti Constitutionum dicti Ordinis, quippe perfectam unionem omnium membrorum sub uno Capite praescribentium, ac vicissim quamcumque divisionis speciem districto prohibentium; quandoquidem ad constituendum, arctiusque colligandum hoc religiosae concordiae, mutuaeque unionis & charitatis vinculum, Praelatos Provinciarum & Congregationum una convenire decet, ubi totius Ordinis negotia pertractantur; Accedente insuper, quod, cum memoratae Congregationes exactam regularis disciplinae observantiam profiteantur, omnis aequi bonique etiam communis totius Ordinis ratio poscit, illarum Vicarios Capitulis hujusmodi adesse, in quibus de praedicta Magistro Generali, vel de promovenda regulari disciplina praefata, vel de tollendis, si qui irrepserint, abusus agitur; alioquin dictae Congregationes ob ipsam exactiorem observantiam, cui assidue insistant, deterioris essent conditionis ceteris ejusdem Ordinis Religiosis, ac damnum & incommodum sentirent, si iis privilegiis carerent, quibus dictae Provinciae gaudent, ac ipsae etiam Congregationes citatam contentionem ac dubitationem gauderent, si remissio accuratioris disciplinae studio in Provincias erigerentur, quod aliquot saltem ex eis, si peterent, denegari nequiret.

Causa concessio.

§.2. Hinc est, quod Nos ad praemissa paternae nostrae dirigentes considerationis intuitum, dictarumque Congregationum, ac Fratrum in eis degentium statui, indemnitati, ac felicitatibus in dies progressibus, quantum cum Domino possumus, salubriter consulere volentes, necnon eorumdem Fratrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Motu proprio & certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, quod deinceps perpetuis futuris temporibus omnes & singuli Vicarii, nunc & pro tempore existentes, Congregationum praedicti Ordinis Fratrum Praedicatorum, quas observantes vocant, tam citra quam ultra Montes auctoritate Apostolica hactenus erectarum, & si quas alias in futurum simili auctoritate erigi contigerit, dummodo tamen cum saltem Conventus formales habuerint, cum duobus Religiosis suae respective Congregationis pro quolibet ex Vicariis hujusmodi, uno nimirum Definitori, ac uno Socio seu Electore, in earumdem respective Congregationum dietis eligendis, in quibuscumque Capitulis Generalibus ejusdem Ordinis interesse libere licite & valide possint & valeant, ipsique Vicarii, ac Definitores, & Socii seu Electores in dictis Capitulis Generalibus votum sive suffragium habeant in omnibus & per omnia ad instar Priorum Provincialium, ac Definitorum, & Sociorum Provinciarum Ordinis praefati, & perinde ac si ipsae Congregationes in Provincias hujusmodi erectae & institutae forent, harum serie statuimus, atque concedimus & indulgemus.

Præsentium. Literarum. observantia.

§.3. Decernentes, easdem praesentes literas, & in eis contenta, etiam ex eo quod quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, etiam, specifica & individua mentione & expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi; neque causa, propter quas ipsae praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificate, & justificatae fuerint, aut

ex alia quacumque quantumvis legitima, juridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis laesionis, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno & substantiali, individuaque expressionem requirente, defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos Juris, seu Statutorum, & Constitutionum dictorum Ordinis & Congregationum reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris & facti vel gratiae remedium intentari vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio vel emanato, quempiam in iudicio vel extra illud uti, seu se juvare nullo modo posse; Sed easdem praesentes literas semper & perpetuo firmas validas & efficaces existere & fore, suoque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectively inviolabiliter observari; sicque & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicae Sedis Nuncios, aliove quoslibet quacumque praesentia & potestate fungentes & sancturos, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantium derogatio.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac, quatenus opus sit, nostris & Cancellariae Apostolicae Regulis de jure quaesito non tollendo; aliisque Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, Congregationum, Provinciarum, & Conventuum hujusmodi, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, usibus, styliis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, Congregationibus, Provinciis, & Conventibus, illorumque respectively Magistro Generali, Vicariis, Prioribus Provincialibus, aliisque Superioribus, Fratribus, & Personis quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus & formis, ac eum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis & inolitulis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque toris tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut

aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, observata, exprimerentur & infererentur, presentibus pro plenè & sufficienter expressis & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio & extra adhibeatur, quæ presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 28. Julii 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto. F. Cardinalis Oliverius.

CIII.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum & Regularium, ne Commissarii Generales, nec etiam ipse Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum aliquem Religiosum ex Provincia S. Didaci in Mexico extrahere possint, nisi de consensu Capituli Provincialis vel Definitorii.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Nuper pro parte dilecti filii Josephi de Herize, Vicarii Provincialis Provincie S. Didaci in Mexico Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis ac consultationibus Episcoporum & Regularium præpositorum, exposito, quod licet inter alias Ordinationes Apostolicas pro felici prosperoque regimine Provinciarum eorumdem Fratrum Discalceatorum editas, sapius ac districte veritum ac decretum fuisset, ne ulli Commissarii Generales, nec etiam ipse Minister Generalis Ordinis prædicti aliquem Religiosum ex dictis Provinciis extrahere præsumerent, ut ad alias partes & Provincias mitterent, nisi pro vio consensu Capituli Provincialis, vel Definitorii pleni uniuscujusque Provincie hujusmodi respectivè: ac id ipsum expresse quoque sancitum reperiretur in Statutis Generalibus Familie Ultramontane Ordinis prædicti; Nihilominus, quia Commissarii Generales novæ Hispaniæ ejusdem Ordinis contra præscriptum Decretorum Apostolicorum atque Statutorum prædictorum, Religiosos e supradicta Provincia Sancti Didaci extrahere, ac in aliis Provinciis incorporare attentabant, dilectus filius Joannes

Dat. die 7. Aug. 1733. Pont. An. IV.

Peritio Vicarii Provincialis hujus Provincie, qui beneque iuxta fundamentis.

de Soto, Minister Generalis totius Ordinis præfati, per suas patentes literas die 21. Julii 1730. desuper editas, præceperat, tunc, & pro tempore existenti Commissario Generali novæ Hispaniæ prædictæ, ut ab ejusmodi extractione & incorporatione omnino abstineret, declarando nullum & attentatum quidquid secus factum fuisset; & in eadem expositione subjuncto, quod modernus Commissarius Generalis omnium Indiarum occidentalium, nulla præmissorum, ac enarrati præcepti Ministri Generalis habita ratione, Religiosos e Provincia præfata extrahere, & aliò transferre adhuc pergeret; ac proinde pro parte prædicti Josephi eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut opportunum huic rei remedium adhibere vellent: Emanavit a dicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur:

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita, attenta relatione Patris Procuratoris Generalis, benigne commisit Archiepiscopo Mexicano, ut, veris existentibus narratis, nomine & auctoritate ipsius Sacræ Congregationis mandet omnino exequi, remediis sibi benevisis, Decreta Apostolica, necnon Decretum Patris Generalis emanatum sub die 21. mensis Julii anni 1730., & pro hujusmodi effectu revocari ad suas Provincias quotquot ab eisdem excorporati fuerint post editum enunciatum Decretum, Patris Generalis. Romæ 15. Maji 1733. A. Card. Sancti Clementis. J. Archiepiscopus Corinthien. Secr.

§.2. Cum autem, sicut prædictus Josephus Nobis subinde exponi fecit, ipse, Decretum hujusmodi, quò firmius subsistat, ac servetur exactius, confirmationis nostræ præsidio communiri summopere desideret. Nos eundem Josephum specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore cientes, supplicationibus, ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus; illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus: salvatamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§.3. Decernentes, easdem præsentibus literas firmas validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat & spectabit in futurum, plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicque, in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Casuarum, Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non

S. Congregationis Decretum.

Confirmatur.

Clausula.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Ordinis & Provinciarum hujusmodi, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 7. Augusti 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto. F. Card. Oliverius.

CIV.

Dat. die 11. Aug. 1733. Pont. An. IV.

Indulgentia plenaria perpetua pro omnibus & singulis Christianis vere poenitentibus & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium, in S. Didaci Confessoris, & Sanctæ Clare Virginis Assisensis Festis diebus, visitaverint.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponitur.

Redemptoris & Domini Nostri Jesu Christi, qui gloriosos saluberrimorum, quæ Nobis reliquit, exemplorum Sectatores altis decoravit honoribus, & celestibus beatitudinis confortis efficit, vices licet immeriti gerentes in terris, spiritualium thesaurorum dispensationi nostræ creditos, libenter erogamus, sicut ad fovendam incitandamque Fidelium erga eisdem Beatos Coeli Incolas devotionem salubriter in Domino expedire arbitramur.

Concessio Indulgentiæ de qua loquitur.

§.1. Itaque ad augendam Fidelium Religionem, & animarum salutem celestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate, confisi, necnon dilectorum filiorum Vincentii de Comitibus Ministri, & Salvatoris Salandari Procuratoris, Generalium, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, supplicationibus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus & singulis utriusque sexus Christianis vere poenitentibus & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum dicti Ordinis tam hæcenus erectis, quam in posterum quandoque erigendis, & ubicumque locorum existentibus, in Sancti Didaci Confessoris decima tertia Novembris, & Sanctæ Clare Virginis Assisensis duodecima Augusti, Festis

diebus a primis Vesperis usque ad occatum Solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, Plenariam; Monialibus vero supradicti Ordinis, ac aliis in earum quolibet Monasterio nunc, & pro tempore degentibus, vere pariter poenitentibus & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui suam respectivè Ecclesiam in die Festo S. Didaci visitaverint, & ut præfertur, oraverint, Plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus; presentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§.2. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 11. Augusti 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto. F. Card. Oliverius.

CV.

Confirmatur Decretum super habilitatione trium Regentiarum Collegii, & dispensatione super duobus annis tantum de ætate præscripta cum Verbi Dei Prædicatoribus, pro Ordine Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Nuper a Nobis emanarunt literæ tenoris sequentis: CLEMENS PP. XII. Ad perpetuam rei memoriam. Ex injuncto Nobis &c. Catep. legere est superius num. XXXII. pag. 194.

§.2. Et sicut pro parte dicti Vincentii Ministri Generalis Nobis nuper expositum fuit, ipse Regentibus & Lectoribus demonstrare exoptans, in expectanda ejusmodi provisione nil in animo habuisse, quam dicti Ordinis Beneficium, quartum Decretum a tunc existente Definitorio Ordinis hujusmodi anno 1668. editum, per quod habitantur uti Regentiæ Collegii, sequentes videlicet, Venetiarum, Panormitan., Mediolanæ., Ferrarien., Perusin., Florentin., & Januën., quoad illos tamen Regentes, qui novem annorum spatio Lecturarum cursum in aliis studiis tertiæ, secundæ, & primæ classis absolverint, per Nos confirmari plurimum desiderat, unâ cum aliis, quamvis a Congregatione tunc pariter existentium S.R.E. Cardinalium negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositorum, emanatis, & successu-

Fides Transumptorum.

Dat. die 11. Aug. 1733. Pont. An. IV.

Causæ confirmandi Decretum.

cessive per quasdam felicis recordationis Clementis PP. X. Prædecessoris Nostri de super in simili forma Brevis die 30. Augusti 1670. bo: me: Giberto S. R. E. Cardinali Borromeo nuncupato, dum vixit, dicti Ordinis apud Sedem Apostolicam Protectori, facultas illa confirmandi tributa fuerat, nihilominus factis diligentibus in Regestris & Archivo ejusdem Ordinis, Decretum præfatum repertum minime fuit. Porro præfatus Vincentius Minister Generalis prævidens, quod aliqui ex Studentibus ob prohibitionem, quam ipsi habent, Verbum Dei prædicandi in Quadragesima, a studiis retraherentur, ad occurrendum, ergo huic verisimili inordinationi aliud pariter Decretum a Definitorio Generali Assisii 1707. factum, quod est in ordine Sextum, per quod triginta annorum ætas præscribitur pro approbandis iis, quibus licentia prædicandi concedi debet, minime tamen comprehensis in Sacra Theologia Magistris; reservata pro tempore existenti Ministro Generali prædicti Ordinis facultate dispensandi pro duobus annis ad summum ad effectum præmissum super ætate prædicta, etiam per Nos confirmari plurimum cupit; Et quia de numero Juvenum, qui ad Habitum admittuntur, non omnes Studiorum Theologia Scholasticæ capaces sunt, ad hoc ut durante eorum professorio tempus speculationibus Scholasticis operam navando inutiliter terant: Ipse Vincentius Minister Generalis valde proficuum existimat, ut in qualibet Provincia unus aut duo Conventus iuxta majorem vel minorem Provinciarum extensionem deputentur vel deputarentur, in quo seu quibus jam Seminarium erecta reperirentur ibique prædicti Juvenes pro eisdem studiis scholasticis inhabiles collocarentur, ut Theologiæ Morali sub directione unius Lectoris vacarent, eique ejusmodi lectura pro paternitate Provinciarum, dummodo illam laudabiliter per quindecim annos exerceret, vel aliis, qui uno tantum triennio eandem Theologiam Moralem prælegerent, pro tertia classe respective suffragari possent & deberet; ac tandem pro complemento requisitorum pro Paternitate prædicta illis, qui post lecturam tertiæ, secundæ, & primæ classis Collegium consequi nequirent, eam exercendo per totum illud tempus, quod pro complemento quinquenniis decisset, hac tamen conditione, quod Lectores Theologiæ Moralis eorumdem Seminariorum lectiones in scriptis tradant omnibus illis diebus & temporibus, quibus alii Regentes illas facere, & ipsi etiam pro circulo conferentias tribus diebus in hebdomada habere teneantur, & saltem præter Juvenes, qui in illis Seminaris collocandi essent, duos aut tres alios Religiosos habeant, quibus etiam dicta lectio Moralis tradenda esset. Nobis propterea idem Vincentius Minister Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benivolentia Apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur ipsius Vincentii Minister Generalis votis hac in re, quantum cum Dño possumus, favorabiliter annuere volentes, eum que a quibusvis excommunicationis, suspensionis,

nis, & interdicti, aliusve ecclesiasticis sententiis, cenuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositorum, qui in præmissis dilectum pariter filium modernum Procuratorem Generalem ejusdem Ordinis audiverunt, consilio, Decretum quidem Definitorii Generalis anni 1668. quo ad solas Regentias Mediolani, Florentiæ, & Januæ; Alterum vero Decretum anni 1707. eum restrictione facultatis pro tempore existentis Minister Generalis dispensandi ad duos annos tantum, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus; illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; ac demum juxta petita, quoad unum dumtaxat Conventum in qualibet Provincia, ubi existunt Seminarium, auctoritate & tenore prædictis indulgemus; Salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

§.4. Decernentes, easdem præsentibus literas firmas validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Provinciarum, Conventuum, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis; Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut ipsarum præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in Dignitate ecclesiastica constitutæ, vel Ministerii Generalis, aut Procuratoris Generalis, vel Secretarii ejusdem Ordinis pro tempore existentis munitis, eadem prorsus fides in judicio & extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 12. Augusti 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto. CVI. Ord-

Concessio

Præsentium literarum firmitas

Obstantium derogatio

Fides Transumptorum

Dat. die 28. Aug. 1733. Pont. An. IV.

Ordini Fratrum Prædicatorum privilegium conceditur, ut secularibus adolescentibus, Theologica facultati in eorum Studiis, Scholis, Gymnasiis & Collegiis triennalem operam dantibus, lauream Doctoratus seu Magisterii & Gradus in Sacra Theologia, iis pares conferre possit, qui in publicis Studiorum Universitatibus solemniter cœremonia conferuntur.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Summorum Pontificum laudes erga S. Thomam Aquinatem, Ecclesie Doctorem.

§.1. Verbo Dei Scripto & Tradito innixam scientiam, res divinas, & mores, christiano homine dignos, ad rectam Ecclesie Ministrorum institutionem, & salutem animarum, solide pertractantem, ejusque Doctores ac Magistros pietate venerabiles commendari tunc maxime convenit, quum ingruente falsorum dogmatum illavie Fides catholica, & Christiani mores, supremæ curæ nostræ commisi, periclitantur: Quo loco prædecessores Nostri Romani Pontifices Sanctum Christi Confessorem Thomam Aquinatem, Ordinis Prædicatorum, & Ecclesie Doctorem, honoris causa Angelici cognomento appellatum, semper habuerunt; eum propterea iustis laudibus in suis diplomatibus prosequuti; & præsertim Alexander IV. qui Thomam adhuc viventem per Dei gratiam, thesaurum literalis scientiæ adeptum pronuntiavit: inque ejus vestigia subinde incurrentes alii Romani Pontifices subsequuti, Joannes XXII. Clemens VI. Urbanus V. Nicolaus V. Pius IV. & Beatus Pius V. Xystus V. Clemens VIII. Paulus V. Alexander VII. Innocentius XII. & Benedictus XIII. qui omnes uno eum ore adprobantes in Sacris Ecclesie factis juxta ac magnos Ecclesie Doctores, Gregorium, Ambrosium, Augustinum, & Hieronymum, Thomam quoque, ut vitæ probitate, & sanctioris Theologiæ scientiæ venerabilem, miraque eruditione Ecclesiam Dei clarificantem, ac sanctæ operatione fecundantem, coli voluerunt.

Concessio privilegii concedendi laurearum Doctoratus &c.

§.2. Itaque tanti Viri doctrinam, in Conciliis etiam œcumenicis celebratam, debitis præconiis Republicæ causa Nos quoque ornare cupientes, quum dilectus noster in Christo, ac fratris germani filius Nereus Sanctæ Romanæ Ecclesie Diaconus Cardinalis Sancti Hadriani, Corsinus nuncupatus, necnon æque dilecti Ordinis Fratrum Prædicatorum Protector, flagrantibus ejusdem Ordinis Fratrum Magistro & Procuratore Generalibus, Thoma Ripollis & Guillelmo Molo, submittas preces nobis obtulerit, ut præcipuo quodam & speciali modo ejusdem Sancti Viri doctrinam, in Gymnasiis Ordinis eorumdem Fratrum Prædicatorum non unis regularibus, sed etiam externis secularibus Alum-

nis, illuc ad eam perdiscendam confluentibus, tradi solitam, pro nostra erga Beatum Thomam devotione, totumque Ordinem de Ecclesia præclare meritum singulari benevolentia, ornare dignaremur, ut adolescentibus, aliquo veluti præmio animati, ad Beati Thomæ doctrinam cum Dei gratia intellectu conspiciendam, alacrius incumberent; quandoquidem nullum in iisdem Gymnasiis præmium, nulla ipsis expedita via pateat ad eas Ecclesie dignitates consequendas, quæ in Sacra Paginæ doctrina lauream, quam vocant licentiam vel gradum, publice adeptis, aliis de more conferri debent; Nos hujusmodi precibus, pietate ac justitia subnixis, annuere volentes, ad amplificandum sub tanto Magistro probæ incorruptæque doctrinæ studium inter juvenes, divino famulatu per sacrationes disciplinas addictos, Motu proprio, ex certa scientia, & mera voluntate nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, in quibuscumque Gymnasiis, Scholis, Studiis, & Collegiis Ordinis Fratrum Prædicatorum, extra cæteras Studiorum generalium Universitates erectis vel erigendis, concedi, extendi, & prorogari volumus ac decernimus pro externis quibuscumque secularibus, in iisdem Gymnasiis Theologicæ facultati, toto triennio absolutam, operam dantibus, omnia & singula Apostolica privilegia, ab Antecessoribus Nostri Romani Pontificibus concessa, juxta consuetudinem & methodum præscriptam vel præscribendam ab eodem Generali Ordinis Prædicatorum Magistro, ut post præmissum diligens probationis examen laurea Doctoralis seu Magistralis, Præsentatura, Licentia, Baccalaureatus, atque alii Gradus consueti in Sacra Theologia libere & licite, conferantur: quos quidem Gradus iis pares esse volumus, qui in hoc nostro Archigymnasio & Academia, Romane Sapientiæ nuncupato, quibuscumque Scholaribus solemniter cœremonia conferri solent: Idemque hoc privilegium omnino valere statuimus in quibuscumque insignioribus Civitatibus & Locis, in quibus seculares juvenes Theologicæ facultati operam daturi, Scholas Ordinis Fratrum Prædicatorum frequentare permittuntur, sive pauperes sive etiam divites sint, quos Universitatum Officiales ad Gradus promoveri fortasse recuserint; etiam si aliis in iisdem locis publicæ hujusmodi & ordinariæ studiorum Universitates eis pateant; itaut postquam iisdem seculares & externi juvenes, sine præjudicio quorumcumque jurium ipsis Universitatibus de more persolvendorum, a qua solutione divites eximi non debent, ad jamdictos Gradus solemniter cœremonia probati ac promoti fuerint, de eadem re ac facultate prælegere, disputare, ac alios quoscumque actus ad id necessarios ubique facere possint: omnibusque & singulis privilegiis, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, præcedentiis, favoribus, gratiis, & indulgentiis, uti, & gaudere possint, quibus alii prævio diligenti examine in studiorum generalium Universitatibus juxta earumdem leges, ordinationes, usus, ritus & mores, de jure vel consuetudine, aut aliis quo-

quomodocumque utuntur, potiuntur, & gaudent, in omnibus & per omnia, nullo prorsus discrimine, ac si Gradus suos in publicis Universitatibus, & non alibi, accepissent, hac una in re, si, & quatenus unquam fortasse opus esset, propterea derogantes Constitutioni nostrae, pridem editae, quae incipit: Romanus Pontifex.

Clausa hanc Constit. preferant.

§.3. Praesentes quoque literas, & in eis contenta & expressa quaecumque, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostrae, etiam ex eo, quod causa, propter quas illae emanarint, coram Nobis vel alibi adductae, verificatae & justificatae, ac quicumque in praemissis & circa ea interesse quomodolibet habentes seu habere praetendentes, ad id vocati & auditi non fuerint, & consensum suum eidem non praestiterint, aut quovis alio quantumvis substantiali defectu, fortasse laborarent: sive etiam ex eo, quod in eis solemnitates, ac quaevis alia, servanda & adimplenda, servata & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite vel causa etiam, quantumvis legitima iusta & privilegiata, quaeque ad id exprimenda esset, expressa non fuerint, notari, impugnari, invalidari, in jus vel controversiam vocari, ad viam & terminos juris reduci, aut in illas quodcumque juris vel facti remedium, aut oris aperitio impetrari: neque illas sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendendi possint; sed semper excipi debeant, & quotiescumque emanaverint, toties in pristinum & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie integratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per dicti Ordinis Fratrum Praedicatorum Magistrum ac Procuratorem Generales, pro tempore existentes, quandocumque eligenda, concessas validas & efficaces fore & esse, suosque plenarios & integros effectus in omnibus & per omnia sortiri & obtinere, dictisque Fratribus ac Saecularibus apud eos, ut praedicitur, Theologicae facultati triennalem operam dantibus, & ad Gradus huiusmodi, ut praefertur, promovendis aliisque, ad quos nunc spectat, & impofterum quomodolibet spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari volumus. Sicque & non alias per quoscumque Iudices ordinarios vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac praedicti Ordinis Praedicatorum pro tempore existentem Protectorem, aliosque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, & Sedis Apostolicae Nuncios, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, definiendi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, definiiri, & interpretari debere: & quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Obrantum derogatio.

§.4. Non obstantibus, quatenus opus sit, una de non concedendis gratiis ad instar: & altera, Nostris & Cancellariae Apostolicae Re-

gulis de iure quae sit non tollendo: ac etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibus, Universalibusque Conciliis, editis vel edendis, specialibus vel generalibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis quibusvis personis, aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis earumque totis tenoribus specialis specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio seu quavis alia expressio habenda foret, earum tenores eidem praesentibus etiam pro plene & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, latissime & plenissime, ac specialiter & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis ubique fides adhibeatur.

§.5. Volumus autem, ut ipsarum praesentium transumptis, etiam impressis, alicujus in Dignitate ecclesiastica constituta personae sigillo, & Notarii manu obsignatis, vel etiam, saltem extra Italiam, sigillo & subscriptione Magistri Ordinis, aut Provincialium ejusdem Ordinis pro tempore munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra illud adhibeatur, quae adhiberetur praesentibus, si forent exhibitae vel ostensa.

Memo has literas infringere audeat.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae concessionis, extensionis, prorogationis, voluntatis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo trigesimo tertio, quinto Kalendas Septembris, Pontificatus Nostri Anno quarto.

A. Card. Pro-Datarius.

F. Card. Oliverius.

VISA

De Curia I. Archiep. Ancyranus.

Loco * Plumbi.

D. Stivanus.

Registrata in Secretaria Brevium.

CVII. Con-

CVII.

Dat. die 17. Sept. 1713. Pont. An.IV.

Confirmatur, & extenditur Breve Gregorii XV. super Jurisdictione Regiminis Bononien. super Universitatibus Artium ejusdem Civitatis.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Paterna, quam de nostris, & S.R.E. etiam quoad temporalia, subditis, gerimus, cura Nos urget atque impellit, ut, eorum utilitati jugi vigilantia studentes ea, quae a Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostris pro felici prosperoque artium Status nostri ecclesiastici directione provide constituta atque ordinata esse noscuntur, quo firma semper & inviolabilia persistant, Apostolici muniminis nostri praesidio libenter constabiliamus, aliasque sollicitudinis nostrae partes desuper interponamus, sicuti salubriter expedire in Domino arbitramur.

§.1. Dudum siquidem emanarunt a se. re. Gregorio PP. XV. Praedecessore Nostro circa Societates, sive Collegia, & Universitates Artium Civitatis nostrae, tunc suae, Bononienae. litterae in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet:

GREGORIUS PP. XV.

Ad futuram rei memoriam.

Litterae Gregorii XV.

Cum in Civitate nostra Bononienae. ad Vexilliferum justitiae una cum Senatu spectet & pertineat, statuta ac provisiones & ordinationes Societatum sive Collegiorum, Universitatum Artium civitatis Bononiae admittere, reformare, & corrigere cum participatione pro tempore existentis in dicta Civitate Sedis Apostolicae de latere Legati, seu ejus Vicelegati, vel Gubernatoris, pro bono pacis & quietis hominum praedictarum Societatum, & prout temporum & personarum, qualitas & natura exiget, Motu proprio, & ex certa scientia ac matura deliberatione nostris, eumdem Vexilliferum, utpote de omnibus gubernium & administrationem ipsarum Societatum concernentibus plene informatum, & tamquam eorum Iudicem ordinarium, juxta solitum omnes & quascumque causas, lites, & differentias, ac querelas inter Societatum & Artium praedictarum homines, aut Officiales vel Subditos, aut etiam inter ipsas Societates & Artes, quandocumque & ex quacumque causa earumdem Societatum occasione nascenturas, pro sublevandis ipsis Societatibus & earum hominibus a molestiis ac dispendiis Sententiarum, Procuratorum, & Scripturarum expensis, cognoscere, decidere, ac summarie simpliciter, ac sola facti veritate inspecta terminare: alioque iudicantes in Civitate Bononiae, quacumque praesulgeant dignitate ac facultate ordinaria vel delegata, nullo modo & praetextu contraventionis statutorum, vel provisionum,

Jus cognoscendi causas ad Officiales Universitatum spectantes Vexilliferos Civitatis asserunt.

vel exemptionis poenarum propterea incurfarum, in causis praedictis se intromittere possent: & quidquid per eumdem Vexilliferum cum auctoritate Superiorum praedictorum pro tempore, decretum, statutum, & ordinatum, ac reformatum fuerit circa praedictas Societates Artium, sive aliquam earum, regimen & gubernium etiam uniendo & dissolvendo transferendo, aut quovis alio modo disponendo, perpetuo valere, & validitatem obtinere: nec id aliquo modo infringi posse etiam per viam appellationis seu alterius cujusvis reclamationis & recursus: quodque non possit etiam impediri sub quovis praetextu appellationis, seu alterius cujusvis reclamationis, & recursus aut melioris revisionis vigore quarumcumque inhibitionum, a quocumque Tribuni, etiam Urbis, emanatarum ad id, quod sic fuerit ordinatum & decretum, sed statim executioni demandari debeat, sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter, iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & definiiri debere: ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, Apostolica auctoritate tenore praesentium decernimus & declaramus; Uteriusque inhibemus, etiam sub poenis & censuris in privilegiis dictis Artibus respective concessis, eo ipso in casu contraventionis incurrendis, ne posthac aliquis quavis praesulgeat Dignitate, sive Vexillifer sit, sive ipsemet Gubernator, vel etiam Legatus, aut Praelegatus, aut quisvis alius, audeat, nec possit praecipere, vel praecipiendo directe vel indirecte, vi vel metu, aut iustionibus cogere aut ardeare homines cujusvis dictarum Artium, vel eorum Notarios, ad cassandum de eorum Matriculis, vel addendum aut acceptandum in eorum Societates aliquem, vel alio quovis modo eorum privilegia & statuta infringere: sed ad ipsos homines, servata, tamen forma eorum statutorum, spectare, liberamque remanere electionem, admissionem, vel repudiationem aggregandi, & observantiam eorum statutorum & privilegiorum in omnibus: salvo tamen decreto Senatus in suo robore circa spontaneas cessiones vel renunciaciones: & salvo eo, quod per dictum Senatum una cum Superiore, ut supra, in dies statueretur, & nihilominus omnia, praeter vel contra praedicta gesta vel gerenda, vitio nullitatis ipso jure subiacere, auctoritate & tenore praedictis similiter decernimus. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 14. Junii 1621. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Privilegia hominibus Artium concessa.

Causa petenda harum litterarum confirmationis.

§.2. Cum autem, sicut accepimus, dilecti filii Senatores, pro sublevatione Artium huiusmodi ab ipsis Vexillifero & Senatu deputati earumdem Artium, quas in dies imminui aggreferunt, instaurationi ac progressibus omni cura ac studio incumbentes inter alia, novissime instituerint in dicta Civitate Artem Telariam, vulgariter de *Tovagliari* nuncupatam,

Y y 2